APPENDIX, PRO Anna de Aniñon.



GRande parte de la disputa del pleyto consiste, en si la condicion *de morir Lope Geronymo Lopez, hijo y heredero de Lope Lopez, menor de 22. años, y sin contraer matrimonio*, sub qua, le fuerõ substituydos sus hermanos vtrinque coniunctos, teniendolos, y no los teniendo, en segundo grado Francisca Lopez su tia siendo viua (en fauor de los quales, eadem conditione defecta, quedò releuado ab omni onere substitutionis dispositiuæ verbis adeo dissertis, ac mente adeo aperta, vt isto casu illos, si extitissent, hanc, si superuixisset, nullo modo fuisse vocatos, nemo non diceret) se altero, y amplio para el grado tercero de la substitucion de los parientes paternos, y maternos del testador, taliter vt ij, non quidem sub illis conditionibus, sed sub alia prorsus diuersa ad successionem fuerint inuitati, scilicet, *si faltasse Francisca Lopez, y no le quedassen otros hijos al testador*, adeo à præcedẽti condi tione, & substitutionibus independenter, vt sola superexistẽtia aliorum testatoris liberorum, & Frãciscæ sororis, eos à successione excludere possit: saltẽ sub adminiculo (in quo secundus negotij principalis articulus) fideicommissi cõtrauentionalis perpensi ex illis nouissimis clausulæ verbis, *de manera, que de mis bienes no disponga en estraños.*

Equidem ego, etiam à principio pro veritate consultus, non solum restitutorium fideicõmissum, sed & contrauentionale, ab aduersarijs prætensa, à prædictis cõditionibus regi, prioriq; substitutioni præcisè, ac necessario connecti, ac proinde, obeunte hærede maiori, & post matrimonium cõtractum, euanuisse, libereq; hæredẽ de bonis disponere potuisse semper sum arbitratus. Fũdamẽta huius cõnexionis, ac dependẽtiæ necessariæ, quæ antea, occurrũt, sed explicatius, & vrgẽtius roborata.

Et primo, que auiendose ordenado los tres grados de substitucion para vn mismo tiempo de la muerte del heredero, las palabras con que passa al tercero, *y no siendo viua, ni quedandome mas hijos*, propriè, & strictè no hazen condiciõ, sino preocupacion de grado antecedente, con exclusion del siguiẽte, non quidem per viam conditionis, sed per viam præoccupationis loci. Quamuis enim illa verba de perse in abstracto considerata conditionẽ constituerent, veluti, si testator post institutum hæredem cauisset, *y no siendo viua Francisca Lopez, ni quedandome mas hijos, substituo Petrum.* Cæterum in concreto perpensa, & post substitutiones expressas filiorum, & soro-

ris, nequaquam conditionem inducunt, sed præordinationem suggerunt graduum substitutionum, in hunc genuinum sensum, vt hæres, si minor, & innuptus decessisset, cæteris filijs illius matrimonij, si extitissent, si non extitissent, sorori, si superuixisset, si autem nec filij, nec soror extarent, consanguineis (prætermittamus modo verborum consilium tantum præseferētium, discrimimen,) moreretur. In his terminis video loqui omnes Doctores tam antiquos, quam neotericos, & præsertim Peregrinum *d artic.* 15 *num.* 28. exemplum constituentem in testatore instituente hæredem Titium, & post eius mortem, si decesserit sine filijs, substituentem Caium, & post mortem Caij, omnes eius descendentes masculos in infinitum, & eis deficientibus, Sempronium & omnes descendentes. Si tamen Titius hæres adita hæreditate, cū filijs decessit, concludit, conditionis defectu, non solum primam, sed & quasque alias posteriores subordinatas substitutiones expirare. Licet secundus substitutus in defectum prioris, tertius in defectum secundi, & sic de cæteris, prout in nostro casu, inuitati, & substituti legantur. Nec tamen Peregri. nec aliquis vnquam Doctor censuit, præexistentiam prioris, aut alterius substituti erga sequentes, vel nouam cōditionem, vel independentiam à priori inducere, sed loci tantum præocupationem, nisi abusiuè dicamus, deficientiam prioris substituti, conditionem facere ad admissionem sequentis, quia is, illo extante, nō admittitur: sed proprie, & iuridice loquendo, tunc, medius interiectus, & sequens gradus non admittitur, quasi exinde verificetur eius vocatio impleta conditione, sed quia antecedens effectus fuerit caducus ob meram prædecedentiam prioris substituti. Et alioquin nusquam verissimæ, & receptissimæ distinctioni, inter caducationem prioris gradus conditionis defectu, pro perpetua exclusione cæterorum, quotquot sint, substitutorum, & eam, quæ cōsurgit ex deficiētia substituti, locus esset. Cū tamē illi ex omniū Scribentiū concordi sententia semper, & vbique futurus sit. Et verè Peregr. *d. num.* 28. & DD. omnes quos refert planissimè tūc intelligunt, omnes substitutiones inter se subordinari. Et verissimè quoque omnes illi decem & octo Doctores relati per Zanch. *in l hæredes mei. § cum ita. ad Trebel. 2. p. num.* 67. in ijs terminis loquuntur. Oddus *consi.* 98. *ex nu.* 21.

Neque obstat vnica, ac sola ea ponderatio, qua Domini subtiliter obijciunt, subordinationem, & concatenationem hanc substitutionum, vt omnes regantur à conditione prioris, nostro in casu minime procedere, ex quo testator transiens ad tertiam substitutionem prætensam ab aduersarijs, vel nouam conditionem adiecerit, vel præcedentem ampliauerit: Cum enim in prima, filios suos ex Anna de Aniñon procreandos, substituerit, & in secunda, illis deficientibus, Franciscam sororem, in tertia tamē, eadem sorore mortua, & generalius, ac indefinite, nullis alijs sibi superstitibus filijs, ad tertiam substitutionem migrat. Inquiunt Domini huic vltimæ

mæ ſubſtitutioni, nouam conditionem teſtatorem adieciſſe, cum pro ipſius excluſione, deficiẽtiam conſiderauerit quorũlibet filiorũ ſuorum, nec ſe reſtinxerit ad ſuſceptos ab Anna de Aniñon.

Sed obex is facile ceſſat, & ſub mouetur. Primo, quia quantumuis negari non poſſit, verba illa in limine tertiæ ſubſtitutionis, *Yno ſiendo viua, ni quedandome mas hijos,* de perſe interpoſita, indefinite quoſuis teſtatoris filios comprehendere; at vero interiectis immediate, & conſequenter poſt præcedentes ſubſtitutiones, in quarum prima, filios ſuos ex Anna de Aniñon ſubſtituerat, & in ſecunda, eiſdem deficientibus, Franciſcam ſororẽ, magis eſt, quod intelligamus ſequentem indefinitam mentionẽ filiorum de eiſdem primis, quos ſubſtituerat hæredi, & præpoſuerat ſorori. In quo nulla ſubeſt reſtrictio, ſubauditio, vel qualitatis repetitio, ſed neceſſaria quędam antecedentis qualitatis cõprehenſio, verbis, ac menti teſtatoris maxime conſona, vt vna pars teſtamenti, quę non ſolum proxima eſt ſed antecedenti adeo intrinſeca, vt vnica videatur diſpoſitio ab altera, imo a ſe ipſa declaretur. *ex l. qui filiabus. & ex l. ſi ſeruus plurium. ff. de laga.* 1. & his multis, quæ de qualitate maſculinitatis, longe difficilius repetibili, aut comprehenſibili, & in clauſulis & diſpoſitionibus diuerſiſſimis, & maxime diſtãtibus, ad diuerſaque tempora relatis, ex Paulo, Abbat. Socin. & Curtio, late comprobat Pariſi. *conſi.* 18. *nu.* 21. *in* 2. Addens *num.* 22. id procedere proculdubio, quando qualitas præceſſit in vno capitulo, & eadem oratione. Et *nu.* 23. inſuper addit, id contingere per viam expreſſionis: & aptiſſime ad propoſitum *num.* 28. ex Bart. Bald. & Socino addit, vnitas ſubſtitutiones reſpectu qualitatum filiorum ſubſtitutorum ſumere adinuicem de natura, & qualitate alterius. Et *num.* 29. *&* 30. in verbis ambiguis, aut æquiuocis, id ſecurius habere locum profitetur. Vt quando vniuoce, & ſpecifice ſub certa qualitate proxime relati ſunt ſub eadẽ generaliter, & indefinite ſubiecti, intelligendi ſint. Qua de re copioſe Peregrin. *art.* 16. *ex num.* 10. 16. *& fere per totũ.* expreſſius idem Peregrin. *art.* 25. *ex num.* 28. cum multis ſeqq. & exactius *conſ.* 30. *ex num.* 3. *cum ſeqq. in* 5. *vbi pulchre.*

Et quamuis qualitatis repetitio in hoc Regno perdifficilis foret, declaratio vero verbi ambigui, & comprehenſio ex interpretatione eiuſdem teſtatoris facile procedit, maxime in eiuſmodi ſubſtitutionibus correlatiuis, inter quas perſonæ in primis ſub qualitate ſubſtitutæ, ſi nominentur ad aperiendũ hoſtium vlterioribus ſubſtitutis, in illarũ defectu, licet qualitas prius expreſſa explicite nõ fuerit expreſſa, generaliter tamẽ mente, & verbis diſpoſitionis cõprehẽſa videtur: maxime in caſu præſenti, in quo naturali ſenſu apparet, teſtatorem poſt primos, & ſecundum ſubſtitutos, & in illorum defectu, tertios ſubrogaſſe, & tunc abſonum videretur, ſub diuerſa qualitate indefinitum verbum intelligere: cum de filijs ſuis vtroque caſu teſtator loquatur: vt docte animaduertit Ferreri. *ad Guido Papæ deciſ.* 485. *vbi & cæteri notiſſime*

me addentes, plures Doctores in id referunt, vt ex hac consideratione comprehensio isthæc, atque glosella eiusdē testatoris, vbiq; gentium etiam, vbi chartæ sit stādum, admittenda sit, ne alias clarissimam illius mentem violemus.

Nec vrgentior ratio subesset, ne indefinitam filiorum testatoris intelligeremus ex præfata correlatione de eisdem, quos præsubstituerat illius matrimonij, quam vt excludamus naturales, quos itidem substitutos excludere, mox ab vtroque Regni Senatu, me aduocato, iudicatum fuit. At sub ea indefinita loquutione, non minus apta pro exclusione substitutorū, naturales comprehendere, quam legitimos alterius matrimonij, hos, & illos comprehendere, absurdissimū videretur. Primo, quia maiorem gratiam contulisset sorori, quam filijs alterius matrimonij, si de illis aliquando cogitauit: cum in secundo gradu substitutionis actiuæ sororis, salam mentionem habuerit defectus filiorum eius matrimonij, quos sub eadem qualitate præcisse quoque primo substituerat. Denique, quia (nisi fallor) filium testator habuit naturalem, quem hæredi suo commendatum habuit, nec vnquam putauit aliàs eum, vel in dispositiuis, vel in conditionalibus, sua dispositione comprehendere.

Secundo principaliter, si perquiramus, & perscrutemur exempla à Doctoribus relata, conditionis independēter adiectæ secūdę, aut tertię, sequētive substitutioni, independenter (inquam) à conditione prioris in disceptatione pręsenti, & vt videmus influxum defectus conditionis prioris in sequētem reperiemus, sane loqui, non de quacunque noua conditione, sed de illa, quę vel pertingat, & includat primam, illi derogando, nō autem de noua conditione, quæ nihilominus priori cōpatitur. Cuius rei exemplum nullum aptius afferri potest in priori distinctionis membro, conditionis nempe, comprehensiuæ prioris, illo, Peregrini *d. art.* 15. *num.* 29. testatoris filium instituentis, & masculos ab eo in infinitum: & si filius institut⁹ decesserit sine filijs masculis, fratrē suum cū omni sua posteritate masculina substituentis, & denique, deficientibus masculis filijs hæredis, & fratris substituti, filias suas, & earum descendentes, vel Ecclesiam. Defecta fuit conditio, sub qua fratrem substituerat, obeunte hærede, relictis filijs masculis, cum tamen deinceps defecissent masculi ex filio hærede, & ex fratre substituto, inquirit Peregrinus, quid de substitutione filiarū, vel Ecclesiæ? Et resoluit cum pluribus, eidem factum fuisse locum, ob prædictam rationem. Quia diuersa fuerat conditio, & substitutio posterior filiorum, vel Ecclesię sub diuersa prorsus ordinata conditione. Et mea quidem sentētia, adeo diuersa, quod priorem perimit, & comprehendit conditionē, cum indistincte, & absque præfinitione temporis, sicut primæ præfinitū erat, decessus scilicet, hęredis; quandocūq; defectus omniū masculorum hæredis, & fratris testatoris occurrat, illa verificatur.

Non ita in specie nostra, posteriorique membro distinctionis, in quo conditio noua non continetur

netur ex priori fundamento, & vbi contineretur, nihil attinet ad priorem, nihil ei derogat, illam nõ destruit, nec ea ad releuamen ma ius vel minus, hæredis spectat, sed solum personas respicit substitutas; ac proinde ex manifestissima, & receptissima iuris ratione, ea verificata, tertio substitutis locus esse non potest, nisi quoque prior adimpleta fuisset cõditio, quæ ad releuandum hæredem ab onere substitutionis, apposita legitur. Nec potest considerari ratio, qua re acerbius, aut durius grauetur erga remotissimos consanguineos testatoris eidem ignotos, quam erga charissimos filios, & sororem, erga quos, hærede obeunte, expleta dicta ætate, & contracto matrimonio, nulla substitutio superest.

Alterius autem huius membri distinctionis, conditionis nempe, posterioris, cum priori compatibilis plura aptissima referri possunt exempla. Primum ex Scæuola I. C. *in l. qui habebat* 47. *de vulga.* testatoris habentis filium, & filiam impuberes, qui exhæredata filia, filiũ instituit si ille intra pubertatẽ decessisset substituit filiam: Sed filiæ si antequam nuberet decessisset vxorem suam, item sororem substituit: mortua filia iã pubere, priori substituta, ac deinceps filio impubere, posteriorem substitutionem vxoris, ac sororis testatoris euanuisse proponitur. Secundũ ex Papiniano *in l. hæredes mei* 57. §. *cũ ita. ad Trebel.* vbi testator filios institutos ad inuicẽ substituit, vt præmoriens absq; filijs, superstiti fratri portionẽ restitueret ambobus autẽ sine liberis decedentibus ad neptẽ Claudiã hæreditatẽ peruenire voluit, responsum fuit altero ex filijs mortuo filio superstite nepti portionem nouissimi sine filijs decedẽti si cõpetere. Tertiũ apud Paul. de Castro *suo celebri consi.* 152 *nu.* 2. *in* 1. *versi. iterum adhuc, & versi. vltimo poßit.* in testatore primo substituenti filio hæredi, si absq; filijs masculis decessisset, ac deinde si substituti sine filijs decederẽt substituit Marcum, verificata autem primi conditione, quia filius hæres cum masculis obijt, si secũda fuerit verificata quoq; quia prim⁹ substitutus filiam reliquit, Marcum admittendum Paulus respõdet. Quartum apud Anto. Fabrũ. *C. de impuber. definitio.* 14. vbi Titius hæres rogatus fuit, hæreditatem restituere, si sine liberis moreretur Sempronio, Sẽpronius quoq; si nauis ex Asia veniret, Mæuio: censuit Senatus, Mæuium vltimũ substitutum admitti ita demum posse, si vtriusq; substitutionis conditio impleta fuerit, quantumuis Sẽpronius primus substitutus Titio hæredi, siue potius priori substituto præobierit, & prædecessserit.

In his omnibus, & alijs varijs causarum figuris, passim apud Doctores occurrentibus, contenditur, an ex eo adeo independẽtes substitutiones iudicentur, vt sine delectu cuiusque conditio de per se attendenda sit, vt quisque substitutus admittatur. Et quamuis ad alios iuris articulos, & effectus intersit, & referat substitutionum natura, an scilicet, vulgariter verbis expressis per fideicommissum, vel compendiosè (quo casu omnis inuoluitur substitutio) substituantur, quia & tunc quãdo litera fert trans-

transſcendens quædam,& irregularis, conſideratur a Doctoribus vulgaris ſubſtitutio, quæ exinde anomala,&impropria vulgaris ſubſtitutio nuncupatur, cuius virtute ſecundus, vel vlterior ſubſtitutus ſubit locum antecedentis, vt ita ſemper hæredi ſuccedatur: iure tamē proprio,&ex propria perſona,& nō miniſterio antecedentis prioris ſubſtituti, medijque caducati gradus: vt in ſimili docet Bald. *in l.1.C.de cadu.tollen.* §. *pro ſecundo. nu.7.* ita ſubtiliter Hierony. Gabr. *conſi.95.nu.13. & 20.in 1.* & alij relati per Pacianum *conſi.24.ex nu.8.cum ſeqq.*

Sed quod attinet ad propoſitū, tametſi ex abundanti, admitteremus in hoc ſenſu poſteriori gradui noſtrarum ſubſtitutionum, cui aduerſarij innituntur, nouam adiectam fuiſſe conditionem, ex quo teſtator pro ipſius introductione indefinitam mentionem fecit defectus filiorum ſuorum, nec explicite expreſſerit antecedentē qualitatem, ſub qua in alijs ſubſtitutionibus eos cōmemorauerat, quod Deus bone, quam difficulter dici, aut intelligi poteſt? nihilominus adhuc non inde tertius is gradus ſubſtitutionis independeret a priori, & eius conditione: Sed ita demū admittendus eſſet, interiectis perſonis, & gradibus caducatis & ſublatis, ſi conditio adimpleta fuiſſet minore ſæpedictæ ætatis,& innupto, hærede decedente, hoc eſt, quod non obſcure colligitur ex Scæuola,& Papiniano *in d.l.qui habebat. & in d.§.cum ita.*& relatis per Zanch. *ibi 2.p.n.67* vbi reſoluit, clarum eſſe oportere pro admiſſione ſecundi ſubſtituti ad portionem primi grauati, prioris ſubſtitutionis conditionem, & ſecundæ verificari: quod repetit *eadem 2.p. num.87. verſi.cæterum.* Et hæc fuit expreſſa determinatio Sabaudienſis Senatus apud Anto. Fabrum *d. definitio. 14. C. de impub. & alijs ſubſti.* Niſi forſan conditio ſecundæ, vel tertiæ ſubſtitutionis independens ſic eſſet a prioris cōditione, vt illa in ſequentibus ſubſtitutis non concurreret, imo (vt ſupra animaduerti) ſequens conditio priorem deſtrueret, & illi eſſet incompatibilis: vt in exemplo Pariſij *d.conſi.18.num.44.in 2.* & Peregri. *d.art.15.nu.29.* ad quos ſe retulit ipſe Peregri. *conſi.33.nu.10. verſi.quare toties. in 5.*

Vnde infero corolarie, & pro articuli deciſio vtiliſſime, non eſſe neſſariam, imo nec probabilē cōſequutionem, ſed improbabilſſimam, quid? falſiſſimā, & omni bene conſtitutæ iuris prudentiæ repugnantem. Noua conditio, non ſolum abuſiua,& impropria, ſed vera,& propria adiecta eſt ſecūdę aut vlteriori ſubſtitutioni. Ergo hæc independens a priori, & illius conditione, ſic vt illa defecta, ſola verificatione peculiaris ſuæ cōditionis ſubſiſtat,&admittatur. Requiritur etenim concurſus, & verificatio vtriuſque conditionis, ex ſupra allegatis. Oportet igitur, ad id effectus cōditiones ipſas primæ, & ſequentium ſubſtitutionū independere, vt in prædictis exēplis: quoniam tunc, poſterior ſubſtitutio reſpectu conditionis prioris independentis, & incompatibilis cum conditione ſecundæ, nō magis illam modificat, nec illam pertingit, quam ſi ſecunda ſubſtitio

-tutio pure fuisset interiecta, vt in exemplo Peregrini. *d. cons.* 33. *nu.* 10. *vers. At si conditio. in* 5. vbi testator hęredi substituit Titiũ, si studuerit in legibus, & deinde post Titium, substituit Caiũ, obijt Titius defecta cõditione, quia in legibus nõ studuit. Nihilominus admitteretur Caius, quia conditio Titij, eius personam dumtaxat percutit, non Caij. *ex l. legatum sub conditione de adimen. lega. l. vnica § ne autem. C. de cadu. tollend.* Non ita in alijs exemplis commemoratis diuersarum substitutionum, sub particularibus conditionibus interiectarum, in quibus quando prior ad releuandum hæredem interiecta; mente, & verbis testatoris æqualiter influit in subsequentes substitutos, quantũuis illi inter se se substituantur, sub alijs cõditionibus veris, & proprijs, quæ verificentur, nunquam tamen subibit sequens substitutus locum antecedentis, in odiũ, & grauamen hęredis, nisi adimpleta cõditione, sub qua prior substitutio concepta fuit, ne mentem, verbaq; testatoris, charitatisque, & dilectionis, rationem & ordinem, quibus substitutos prosequutus fuit testator, subuertamus.

Quæ omnia proposuerim, ducto argumento à fortiori: quoniam casus noster longe clarior, & expeditior est: cum admissa ea (quæ mihi merum figmentum videtur) noua conditione substitutionis prætẽsæ ab aduersarijs, ex ampliori, & indeterminato defectu filiorum testatoris, in quem prætenduntur admissi, nemo vnquam dicere poterit, aduersarios, vel ipsis filijs testatoris, vel Franciscæ eiusdem sorori, fuisse aliquo modo substitutos, sed pręcise Lupo Hieronymo Lopez hæredi modo prædicto obeũti; quo casu tã præcisus & necessarius, imo præcisior, & necessarior est influx⁹ cõditionis decessus in minori ætate, & ante nuptias, pro ipsius releuamine, & pro admissione vltimi gradus, quã antecedẽtiũ, aliàs successionis foreslati⁹ paterẽt, minus dilectis, & remotissimis substitutis, quã charissimis filijs & sorori testatoris. Cũ ij alioquin vocati nõ essent, nisi minore, & innupto decedente hærede, illi tamen indistincte, subductis licet de medio cæteris substitutis. Sed non ideo minus latior esset campus illorum admissionis, cũ nullam fecerit substitutionẽ testator gradus ad gradũ, sed omnes sub eodem tẽpore mortis hæredis, ordinauerit, strictius que dilectiores admitteret, non nisi verificatis cõditionibus, remotiores vero largius, simpliciter nempe, & pure.

Tertio principaliter tertius gradus substitutionis aduersæ consequenter, ac per copulam fuit interiectus, qua connexionem, ac dependentiam arguere alibi probaui. Denuo ponderanda est ratio orationis imperfectæ, quod ad istam attinet substitutionem. Cùm illa imperfecta maneret in sui limine, ibi, *y no siendo viua*, nisi repetita persona Franciscæ Lopez testatoris sororis ex antecedẽtibus, & tunc omnes qualitates antecedentis comprehensæ censentur in posteriori, quæ erat ratione verbi, oppositi, vel suppositi imperfecta, vt ex Bart. *in l. Seiæ. §. Caio. de fun. instr. & in l. in repetendis. ad finem de leg.* 3. cum commemoratis a Pereg. *art* 16. *num.* 12. *cum seq.*

Quarto denique, quoniam si ratio independentiæ substitutionis ex aduerso prætensæ militaret in-

ter

ter alia (iam perpenſa) inconueniẽtia, illud maximũ ſequeretur, quod filij tantum eius matrimonij excluderent amitã ex iudicio teſtatoris, alteri⁹ vero matrimonij filij ab ipſa excluderentur. Quod vt vitemus, dicere conuenit, illum, nulla ſpe alterius matrimonij contrahendi ſuffultum, vtroque loco de eiſdem eiuſdem matrimonij filijs cogitaſſe, ac diſpoſuiſſe, & non de alijs.

Et aliud quoque conſequeretur ex præfata independentia, quod ſi nihil attineat poſterior ſubſtitutio conditioni prioris, ſuperſtites filij, hæredis, & nepotes teſtatoris, vocati nõ cenſerentur, cũ tamen conſanguinei ſui vocati eo caſu forẽt. Nec ceſſat abſurditas iſta, ex duplici cõſideratione Dominorũ. Priori, quod adhuc non expreſſa tacita cõditio, ſi ſine filijs, ſit ſubintelligenda etiam in Regno ex Plebano § *filius.n* 41. Poſteriori, quod iſti quoq; teſtatoris nepotes, ac deinceps cæteri deſcendentes Lupi Hieronymi Lopez filij hæredis, ſub præfata vltima ſubſtitutione præuocati viderentur propter ſanguinis prælationem. Dicitur enim ad primam, Plebanum ita quidem reſoluere, ſed quãquam eius opinio pietate innitatur, ex fori tamen rigore vix admitteretur, cum iſtud tacitè ex ſola mente, & legis benignitate contra verba expreſſa teſtatoris reſultet, tametſi nouiſſimè Ioſeph. de Ruſti. *ad l. cũ auus. lib.* 3. *c.* 12. *per tot.* ſed præſertim *ex nu.* 16. aduerſus Io. Baptiſt. Caccialupum contrariæ ſententiæ anteſignanum cũ Plebano non ſolũ ſentiat, ſed in ijs terminis ſtatuti præcipientis verba eſſe prout iacẽt intelligenda arbitretur ſic iudicandum, & conſulendum ex veriori ſententia, quam comprobat ſubtiliter & exacte vndecim fundamẽtis, addens ita ſentire tres inſignes I. C. modernos, Rolan. à Valle *de lucro dotis. q* 25. *nu.* 7. Sim. de Præt. *lib.* 1. *dub.* 2 *ſol.* 4 *nu.* 8. & Mant. *de coniect ur lib.* 10. *tit.* 8. *nu.* 12. Nunquã tamen ſic iudicatum vidi in hoc Regno, imo ſcio eminẽtiſſimos Viros de ea propoſitione maxime dubitaſſe. Sed vbi illa ex humanitate procederet, dico ſecũdo, quod nec ipſa noſtra in ſpecie eſſet admitẽda, vel quicquã operaretur, niſi admiſſa dicta cõnexione, & concatenatione poſterioris, cum antecedenti ſubſtitutione, in qua vel ſub conditione contractus matrimonij, cõtenti, vel a lege ſub intellecti forent nepotes, aut deſcẽdentes teſtatoris ex filio hærede, & ſic quoquo ſe vertãt aduerſarij pro vitãdo huiuſmodi maximo abſurdo, admittere debent iſtam dependentiam harũ omnium ſubſtitutionum. Inſuper & tertio dicerẽ ſubintelligentiam huius conditionis non introducere filiorum admiſſionem, ſed excluſionem ſubſtitutorum. Dicitur ad ſecundã, nullam iuris rationẽ permittere, prouiſionem particularem filiorũ teſtatoris, ſub generali cõſanguineorũ ſequta mẽtione, fore cõprehẽſam, ex ijs multis quæ refert Gabr. *conſi.* 132. *nu.* 7. *in* 1. *ex l. cũ ex filio.* §. *filio. de vulg.* Oddus *conſi.* 65. *nu.* 23. vt nullo modo illos cõprehendat in vltima ſubſtitutione. De cõtrauentionali fideicommiſſo, eiuſq; præciſſa ſubordinatione, ac dependentia a priori conditione, nihil addendũ puto, & pro hac parte cenſeo iudicandũ. Sub cenſura Veſtræ Dominationis.

Michael Paſtor.